



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Similitvdo Ecclesiae Catholicae ad unicam Columbam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

## ROMANAECCLESIAE

quisq; uestrum suum proprium fert laborem , ille uero &  
suum & singulorum,

Quam diligenter & festiuiter Diuus Petrus omnia officia Christianorum hoc loco expresserit uix dici potest. Romae autem protulit uerba haec. In conuentu fratum , cum finem uitæ instare sentiret, tanquam ultimum testamentum & Elogium, quod certe aureis literis omnibus Ecclesijs prescribendum est. Quam pie primum omnes Christianos adhortatus sit ad Concordiam habes . Deinde quam diligentissime unicuique Christianorum suum officium prescriperit. Et praecipue Laicis, ut in suis locis sedeant & Presbyteros ab officio ne impediant, atque omnes ut Christum diligent & eius præceptis obedient adhortatus sit. Nihil certe doctius, nihil elegantius, nihil Christianitati utilius, nihil Petro ipso dignius adduci potuisset.

Valeant nunc, qui dicunt eum nunquam Romæ fuisse, cum constet haec sacratissima uerba Romæ à Petro ultimo testamenti instar prolata .

## SIMILITUDO ECCLESIAE CATHOLICE AD UNICAM COLUMBAM.

Nec minus pulchre Salomon Ecclesiam unicæ columbarie assimilauit. Cant. cap. 5. Cui astipulantur uerba plenissima spiritu. Esd. 4. Cap. 2. Ecclesia gentium Mater , amplectere filios tuos , Educ illos cum laetitia  
Dij sicut

## DE PRINCIPALITATE

sicut columba confirma pedes eorum , quid autem castus columbis; quid suauius & dulcior amore columbarum; quae auriculae ita sollicitae in filiolis fouendis & amplectendis; Sic Ecclesia Catholica unica sit suauis dulcis & sollicita erga Sponsum suum . Sic sollicita etiam erga omnes CHRISTI fideles in uera Christi fide ad æterni Dei Regnum euehendos . Vnam autem columbam non plures inquit. Dicit enim , una columba mea . Nempe nulla auium ita in Diuinis literis celebratur ut columba. Nec Ecclesia solum assimilatur columbae, immo spiritus ipse sanctus quoque. Columbae enim instar uidit Ioannes spiritum sanctum descendenter & uenientem super eum. Math. 3. Veluti autem Ecclesia una est Columba sic unus est spiritus sanctus unicæ columbae assimilatus .

CVM ECCLÆSIÆ SIT SPONSÆ  
CHRISTI sine ruga & macula unicam  
& concordem esse decet,

NAM quemadmodum Iurisperiti inquirunt, quod similitudo imitetur naturam. Sic cum turpe sit si quis plures sponsas habeat, immo unica sponsa Christianum hominem deceat. Sic cum Ecclesia sit sponsa CHRISTI, necesse est unicam atque concordem esse debere sine ruga & macula. Sic Diuus Petrus in conuentu fratrum Romanorum inquit. Propter quod uos o presbyteri Ecclesiam excolite & adornate, sponsam Christi ad pudicitiam. Sponsam autem dico